1007

Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Tertio

Prominski de bonis Paternis recedit

Comparens personaliter coram officio et Actis praesenti Castrensi Capitanei Premyslien. Generosus Chrisostomus de Promna Prominski olim Generosi Stanislai Prominski Filius Sanus mente et corpore existens a Terris Dictibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis proprys et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitanei Premyslien. Iurisdictioni quoad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporandum atque subyciendum palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse de omnibus generaliter bonis ac summis pecuniis quibusvis se Recognitem post fata praedicti Illustris olim Parentis sui iure divino et naturali successione concernentem et devolutum atque devolvendum totaliter et plenarie abdicat et abrenunciat atque ysdem praemissis bonis in toto resignat et ab eisdem recedit. Hac praesenti Recognitione desuper mediante.

504

Idem Brzostowskiem Debet

Comparens personaliter coram officio et Actis praesenti Castrensi Capitanei Premyslien. Generosus Chrisostomus de Promna Prominski olim Generosi Stanislai Prominski Filius Sanus mente et corpore existens a Terris Dictibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis proprys et competentibus rendo praesenti vero Castrensi Capitanei Premyslien. Iurisdictioni quoad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporandum atque subyciendum palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse Generosis Alberto et Zophiae Brzostowskiem olim Generosi Enochi Brzostowski cum Generosa olim Barbara Buchowska procreatis Filio et Filiae Summam Mille florenorum polonicorum monetae et numeri in Regno currentium quemlibet florenorum grossis triginta polonicorum computandum Certi veri iusti et liquidi debiti mutuatae quae apud ipsos per se Regentem pecuniae tenetur atque debet Quam quidem summam.

504

1008

Suprascriptam Mille florenorum polonicorum idem Recognitus Generosus Prominski suos successores et
super bonis suis generalibus omnibus summisque pecuniis quibusvis praefatis Generosis Brzostowskim
Creditoribus suis eorumque posteris inscribit obligat et onerat praesentem post fata sui
Recognitis daturos soluturos et numeraturos ac coram officio et Actis praesentis Castrensis
Praemyslensis repositurus et relicturos repositamque et relictam rursus ab eodem officio
non effidesussuros nec arestaturos vel quovis alio modo solutionem summae
praefatae impugnaturos Idque sub vadio similis summae Mille florenorum polonicorum per eius
dem Generosi Chrisostomi Prominski Regentis successores sive eorum posteros memoratis Generosis
Brzostowskiem Creditoribus sive eorum posteris ob non solutionem summae praefa
tae pro tempore et loco superius expressis ad solvendum succumbendum Pro quo quidem
vadio modo praemisso ad solvendum succumbendum ac summa ipsa principali non soluta solvendum
Citati existentes memorati Recognitis Generosi Chrisostomi Prominski successores aut
eorum posteri Ad instantiam suprascriptorum Generosorum Brzostowskich Creditorum vel
ipsorum successorum Ad officium praesens Castrensem Capitalem Praemyslensem Extunc reces
su suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis
termino tanquam peremptorio stare Iuri parere respondere vadium praefactum luere
Inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebunt et tenebuntur
[illegible] suos successores ad eadem omnia obligat Illum primum terminum perempto
rium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem terminos semper perempto
nos vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra
vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Evictorem vel alijs quibusvis
dilationibus et legalibus impedimentis non differentes ad Quietationem Ultra proximos
officii praefati Castrensis Praemyslensis terminos dilationem sibi non recipientes nullasque
Motiones Apellationes ac earum prosecutionem facientes ac praemissa omnia poenis sim
plicibus vel triplicatis evasionibus Iuspensionis fatalis Iuris praescriptione
Terrestri bello Conventioneque ac alijs omnibus Iuris remedijs et defen
sis non subterfugiendo nec modo quovis evadendo Hac praesenti In
scriptione ad praemissa omnia mediante. Idem Consorti.